

I V L I I
CAESARIS
IMBRIANI
V C A P V A N I

IN TITVLVM, ET LEGEM PRI
MAM C. DE EDENDO ENARRA
TIONES INCIPIVNT.



NEAPOLI
Ad instantiam Io. Baptistæ Cappelli Bibliopolæ
Neapolitani. M. D. LXXXVII.

ILLVSTRISSIMO

ET

REVERENDISS. DOMINO

CAESARI COSTE CAMPA,

NORVM ARCHIEPISCOPO

ac Sedis Apostolice in Illustris-

sima Venetorum Republica

Legato Dignissimo.



Julius Cæsar Imbrianius.

S. P. D.



INGRESSVS Puberta

tistempora (Cæsar Cam-
panorum Archipræsul Dis-
gnissime) tunc, cum legas-
lis philosophiæ adipiscende
studio, Doctore Lauro san-
titate, & ingenuis aribus
florescentē Seminarj locū

dereliqui cum sepe mecum ipse compræhenderim,
que prævia tui Nominis liberalitate, & munificentia
in me contuleris beneficia, quoue animo sectantem
tunc litteras politiores fueris prosequutus, te omnium
meorum studiorum, qualiacunque nunc sunt, ac
sperantur fore, autorem, ac principem extitisse anis

inimici

A 2

maduerti



REQVENTEM, & satis frugiferam
 æditionum Syluam perpetua inter præcintio-
 ne prosequitur; in eius vestibulo; vt est de
 more nostratum, quod, & bene vetus extitit
 græcorum institutum; prologomina non
 prælibabo. Quemadmodum cytaredi quos
 que antequam certamen inirent, pulsare so-
 lebant; vt inde excitati magis præcinti milites ad pugnam prosilirent,
 non etenim æquum visum fuit, cum diffuse nimium præparationum hic
 tractetur materia, præludia; præludijs addere, & materiam protrahere
 in infinitum, ne surdescere studiosorum aures, ac distrahatur pænitus eo-
 rum ingenia contingat, sequens igitur ab Imperatore traditum dogma
 primo primi institutum. illius primitus inuocato suffragio, sine quo per-
 fectum aliquod moliri non possumus, accipio propositi tituli glossemma.
 Ex prima igitur connexionione Dux, & auriga noster Detius tria potiss-
 sima colligit enuntiata, quorum alterum est ex præparationibus ad
 principale inferri. Alterum præparationes præmittendas esse, Ter-
 tium vero, & vltimum titulum nostrum de Edendo ad eum, qui est
 de iudicijs præparationem esse, & quidem vt propositum nobis in-
 stitutum prosequamur, primum per plura comprobatur, & primo per
 testu in l. qui proprie. §. item quaeritur. ff. de procurat. vbi ex-
 pressim, dicitur l. quod, qui aliquem in restitutionis causa tuetur, & sic
 in præparatione, cogitur eiusdem met defensionem in re, seu princi-
 pali negotio acceptare, ex quibus per contrarium ratiocinando pas-

R E R V M T A S V M M E



RA T I O N E S In præfenti tra-
ctatione tripliciter consideran-
tur.

Qua pœna ex Regni constitutio-
ne punitur vtens falsis instrumē-
tis, illamet punitur vtens falsis
actis.

- 3 In l. nuda ratio ff. de donat. num rationes pro li-
bris vsurpare liceat, & dicitur quod non.
- 4 Num ad esse rationis pluralitas factorum exigat-
tur & dicitur quod non.
- 5 Pertinētes rationes edēde sunt, nō integer codex.
- 6 Ratio dicitur actus.
- 7 Ratio pro negatione accepta tractari dicitur liber
vero scribi.
- 8 Verba in definitione rationis de qua in .l. si quis
ex argentarijs ff. hoc tit. in .§. rationem disjuncti-
ctim accipienda esse & cur.
- 9 Quorundam sententia quod non de rationibus
sed de instrumentis in nostra lege differatur.
- 10 Ad propositam sententiam Azonis verba hic ad-
ditum præstiterunt.
- 11 Quemadmodum Azonis verba intelligi debe-
ant subicitur.
- 12 Communes, & publice rationes indistincte eden-
de sunt quod limita vt num. xv.

ri, cum pronta sint ad redendum unicuique quod suum est, existimantia unumquemque non temere, sed ex iustissima causa ad iudicia accedere, in medio æque aëtori, & Reo se exhibere dummodo eadem ratio sit, In fine vero magis Reo, + cum iura promptiora sint ad absoluendum, de qua re quo ad primum attinet per Floria, in l. totiens heres col. 2. ff. de interrogat. action. per illum testum, & in l. de die in princ. ff. qui satisd. cogantur, hoc stante ad propositam dubitationem decurrentes, dicimus ideo res um respondere cogi, quia sumus in principio quodammodo iudicij, in quo iura quam maxime, ut dictum est agenti succurrunt, Non autem instrumenta edere, cum simus quodammodo in medio iudicij, ubi non nisi cum æquitate cum utroque proceditur, & hæc pro huius articuli dissolutione dicta sufficiant, semper remittendo me saniori, & ingeniosiori iudicio.

Ultimum, quod ex nostra lege elicitur non tango, cum de eo parum dictum sit in præludijs, & multa ueniant explicanda in glosis, in quibus enucleandis remitto me plenissime, & subtilissime congestis per Dominum meum, Cum eas ego prosequi non potuerim, tribunalia frequentaturus, + que huiusmodi subtilitatum apparatus protinus excludunt,

L A V S D E O.

Imprimatur. Flaminius Torcella Vic. Gen. Neap.

F. Petrus Robertus Ord. Min. de Obseruantia Theologus uidit.

M. Philocalus Pharaldus Carmelita f. 57.

N E A P O L I

Apud Hæredes Matthiæ Canceri

M. D. LXXXVIII.

